

Ann. V.

Num. VIII.

# VOX URBIS

## DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

### BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;  
ubique extra Italianam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aquissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis  
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem

ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

### Subnotatio fieri potest:

#### IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF

#### IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

#### VARSAVIAE POLONORUM

Rakowskie Przedmiescie, 15

#### IN CIVITATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTEMTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis. Apost et S. Rituum Congr. Typogr.

NEW YORK 52, Barclay Street.

CINCINNATI 436, Main Street.

#### IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis Apost et S. Rituum Congr.

Typegr.

RATISBONAE in BAVARIA

#### IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

#### MONTRÉAL

1699, Rue Notre-Dame.

### RERUM INDEX

IN PRAELUDIO NATALIS IESU CHRISTI DOMINI NOSTRI AN. MDCCCCI.	LEO PP. XIII.
DE LINGUA HIBERNICA RESTITUENDA . . . . .	H. Doswald.
CAECILIUS RHODES . . . . .	P. Rossani.
DE MINUCHI FELICIS « OCTAVIO » . . . . .	A. Sordet.
LEONI XIII IESUM PUERUM INVOCANTI IN PRAELUDIO NATALIS EIUS AN. MCMI. . . . .	I. Fornari.
SOCIORUM ANIMADVERSIONES. De coronarum usu apud Christianos. .	V. Hertel.
SUBLACUM . . . . .	Senior.
DE AEMILIO ZOLA HENRICI SIENCKIEWICZ SENTENTIA . . . . .	A. Costaggini.
FABULAE SELECTAE FONTANII A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE.	Fr. Xav. Reuss.
VITA FUNCTI VIRI CLARIORIS . . . . .	I. F.
SAPIENTUM INVENTA. De verbis luce exprimendis . . . . .	A. L.
EX ITALIS URBIBUS. De opificum Taurinensium tumultu . . . . .	Subalpinus.
ANNALES . . . . .	Poplicola.
LIBRORUM RECENSIO . . . . .	P. Angelini.
AENIGMATA. . . . .	Fr. Palata.

*In tertia operculi pagina:*

VARIA: Computatio singularis. - Sal caneri causa. - Ioci . . . . . P. d. V.  
LIBRI RECENS DONO ACCEPTI.

### ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

M CMII

# COMMENTARII "VOX URBIS,"

## SOCIIS ET LECTORIBUS

IN ANNUM MCMII

**Q**UADRIENNIO iam assueti, diebus hisce redeuntibus quotannis et facta respeximus, et facienda promisimus; illa ut ostenderemus nos religiose fidem servasse, haec ut iucundiora sociis nostris polliceremur. Nullum quippe mortale opus est, quod ipso in exordio undeque perfectum sit atque expolitum, ipsaque signa Mironis, affabre quamvis conflata, polientis minima limae labore et mora indigebant.

Itaque commentario nostro unusquisque annus plura attulit emolumenta, sive amplificanda indicaret, sive minuenda ostenderet, sive nova inducenda suaderet, sive penitus exterminanda monstraret. Qua quidem in re magni fuit nobis opera sociorum, qui vel missis epistolis, vel communicatis ore consiliis, vel datis elucubrationibus undique gentium nonnulla emendarunt, plura auxerunt, plurima perfecerunt. Nos autem dociles gratique tantis viris laeti accipiebamus quae mittebantur, et morem gerebamus eruditis, quorum nominibus quasi totidem stellis commentarius noster coruseat, et, audientes dicto in meliora conantium, in meliora pariter nitbamur. Ita coniunctis viribus, factum est ut ex nostratis atque exteris nemo nobis crimen impegerit, quasi promissa dedissemus, quae non ad unguem praestitissemus.

Nunc itaque quae erunt futura perspicimus lacio animo tempora, praecipuum quasi indicantes callem, per quem proximo anno gradiemur. Meta quidem una est, incrementum latinitatis; quam tamen in metam, non una steratur via. Nos neque superbe tennisse magnis itineribus propositum finem, neque semitas creassemus confitemur, contenti exiguo calle, quem ab ipso commentarii exordio inivimus. Cui quidem nec spinae, nec sentes defuerunt; sed propositi tenax animus, sed conscientia boni, sed gratia vestra, o socii, sed labor assiduus omnia vicerunt, ita ut quasi e collis apice superata spatia respicientes, non quidem ab ipso condito commentario, sed ab iis, quae superioris anni initium signarunt, laetari liceat et fructus uberes, et iucundissimos visu flores percepisse una cum laude sapientum.

Enimvero elabente iam anno auctus est commentarius figuris, elucubrationibus, nitidioribus litterarum notis; auctus non mediocriter scriptorum numerus, quos inter magno cum gudio accensuimus viros litterarum fama clarissimos. Accessit scriptorum centuria, quibus calidus iuventa sanguis fervet, et spes arridet, et est praesaga boni voluntas. Iamque hisce

sunt fortia bello  
Pectora, sunt animi, promptaque ad fortia vires;

ac tempus erit, quo non inter triarios modo, sed et inter primipilos, ducesque versentur. Igitur spes magna arridet fore ut, hisce adeuntibus, et alios atque alios alliecentibus, messis uberrima crescat, et vetus gloria latinitatis tandem aliquando revirescat.

Vos autem maxime, adolescentes, illud ne fugiat, in litteris fieri, quod in aedificiis exstruendis quotidie videtis. Non unius opera, non uno lapide illa excitantur, sed coniunctione plurium; hi enim caementa comportant, hi lapides, hi arenas, hi fontem, hi lateres, hi trabes, hi tigillo, dum illi saxa scalpis aptant, illi marmora secant, illi varia obeunt munera ut opus exsurgat ad solaria, ad teeta, ad erepidinem, ad fastigium. Ferat unusquisque vestrum quod potest, qui simul omnes omnia potestis; nam unusquisque sua regionis praestabilia novit, quae, si notarit communicabitque, coalesceat opus, et commentarius noster, cui patent omnia litora regionesque omnes orbis terrarum, dominium gentium, quod latina lingua tenet, notitiis undique suspectis, facile praferet ipso in incessu, et in fronte.

Quae igitur monumenta vel sub dio pateant, vel reperiantur effossa, quae industriis, negotiationibus, commerciis terra marique tententur, quae denique in omni genere usui hominum inventa sint, a singulis vobis expectamus, qui non medioarem honorem apud omnes eritis adepturi ex restituta latinitate, in quam feliciter ineubuistis, pelago ratem primi commitentes.

Atque haec pars auxilii est, quod flagitamus. Nam, si quid gratiae apud socios ac letores labores nostri meruerunt, illud etiam vehementer petimus, ut qui nomina commentario dederunt, non ipsi modo in proposito content, sed suos inter amicos sociorum numerum quaerant. Impendia quippe enormia sunt, quibus pares non efficimur, nisi societate multorum. His autem largienda futuro anno praemia, eademque more nostro munifica, proposuimus, quae sequuntur.

Compertum est paene omnibus, Florentiae aedificium esse fratrum Alinari proprium, in quo, artificio mirabili «photographica» plurima undique exquisita, exprimuntur. Nos iampridem ab eius officinae dominis libenter concessa usi facultate sumus referendi in imaginibus Commentarii quotquot ex opificio eorum tabulae placuissent; qua quidem potestate intra urbanitatem et non sine magna lectorum delectatione hactenus usi sumus. Hi autem Alinari fratres, qui tanta felicitate eiusmodi industria potiti sunt, per eamque, parta sibi singulari

scientia lucis, egregiam sui nominis famam uniuersique gentium divulgarunt, experimentis plurimis patientissime adhibitis, tandem aliquando id sunt consecuti, quod ferme maximum in re videbatur, quomodo tabulis, imaginibus, locis, regionibus aptarent colores eosdem, quibus illa aut natura, aut arte essent praedita. Haec, visu sane mirabilia, Florentiae his diebus edidit apta officina, quam A. Pini moderatur, patentque metr.  $0,30 \times 0,40$ ; quod autem super cetera movet est colorum vis, qua non squallentes apparent imagines, sed clarae, vivae, nitentes quasi e manibus egregii artificis prodierint recentissime. En autem tabularum indicem, quas nostris hisce oculis obstupescentes vidimus, quasque sociis comparaturi sumus:

- I. **Pallas Minerva.** — Tabula ALEXANDRI FI LIPEPI (vulgo *Botticelli*). Est in regiis aedibus palatii Pitti, Florentiae.
- II. Tabula titulo **Madonnina** auctorem habens RUPERTUM FERRUZZI. In ostentu Venetiis habito an. MDCCCVII celebratum hoc opus emit servatque Ioannes G. A. Leishman.
- III. **Maria Virgo Mater cum Divino Filiolo.** — Tabula CAROLI DOLCI, in regiis aedibus uti supra asservata.
- IV. **Magdalena.** — Eiusdem DOLCI tabula est in pinacotheca *degli Uffizi*, Florentiae.
- V. **Maria Iesum puerum adorans.** Effigie ANTONIUS ALLEGRI (vulgo *il Correggio*). In eadem pinacotheca.
- VI. **Idem argumentum** quod tractavit PHILIPPUS LIPPI. Ibidem.

Habebunt ex his pulcherrimis «photoeromis» unam, prouti elegerint, singuli socii, qui, praeter suam subnotationem, *recto tramite ad Aristidem Leonori equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem, Romanam, via Alessandrina, 87*, persolutam missamque, novam subnotationem cum eiusdem pretio miserint. Quot autem erunt subnotatores novi, totidem photoeromias iuxta optionem accipiet qui ipsos procureavit. Qui vero novos subnotatores miserit duos, hie vel duas, quas maluerit, photoeromias eliget, vel tertiam sibi subnotationem nullo pretio.

Proposita haec dona, quae sociis futura grata confidimus, animos addant ad latinitatis causam tuendam, quae optimo cuique est causa humanitatis.

VOX URBIS.

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:  
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italianum:  
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:  
ARISTIDES LEONORI, eques.  
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

IN PRAELUDIO NATALIS  
IESU CHRISTI DOMINI NOSTRI  
AN. MDCCCCI

*Annua nascentis Iesu sollemnia iamiam  
Exoriens revehit rite colenda dies.  
At non laetitiae praelucet candida ut olim  
Nuncia, nec pacis munera grata refert.  
Humanae heu! genti turba undique dira malorum  
Instat flebiliter, flebiliora parat.  
Numinis en oblita, indigne oblita parentum,  
Succrescens aetas excutit omne iugum.  
Scindit in adversas cives discordia partes,  
Ardetque immritis, facta cruenta, necesse.  
Iura verenda iacent; cessere fidesque pudorque;  
Omne impune audet caeca cupidio nefas...  
Adsis, sancte Puer, saeclo succurre ruenti,  
Ne pereat misere, Tu Deus una salus.  
Auspice te, terris florescat mitior aetas,  
Emersa e tantis integra flagitiis.  
Per te felici collustret lumine mentes  
Divinae priscus Religionis honos.  
Ardescant per te Fidei certamina; per te  
Victrices palmae, fracta inimica cohors,  
Disiectae errorum nubes, iraque minaces  
Restinctae, populis redditia amica quies.  
Sic optata diu terras pax alma revisat;  
Pectora fraterno foedere iungat amor.*

LEO PP. XIII

## DE LINGUA HIBERNICA RESTITUENDA.

**H**AUD scio, an ulla in terrarum orbe existit natio, quae tanta miseriaria et aerrumarum mole oppressa sit, quantam tot per annos sustinuit Hibernia. Quippe Hiberniorum patria Christianae legi vix obtemperabat, quum eam effere invadabant Dani, quibus repulsis

successerunt Angli, amoenam insulam in suam redacturi potestatem. Hibernia deinde multis proeliis devicta, indigenae ut servi habiti, eorumque bona publicata. Henrieus denique VIII, nefandae libidini deditus et catholicae religionis desortor, id efficere conatus est, ut etiam Hibernii a catholica religione deficerent. Tentavit quidem rex, sed Hibernii restiterunt, re-

sistuntque ad hoc usque tempus, atque ex acri hac pugna adeo superioris evaserunt, ut si quis natione sit Hibernius, catholicus religione existimetur. Quamvis me taedeat omnes referre miserias, quas illis temporibus passi sunt Hibernii, id tamen notatu dignum duco, quod Angli duo illa vincula, quibus quaelibet natio est sociata, inter Hibernios penitus disrumpere studuerunt. Quae quidem vincula rite nominantur lingua cuivis genti propria, et humana liberorum educatio; quibus sublati, in promptu est, gentem quamlibet aut peritram, aut, propriis iuribus amissis, alii se nationi eo esse consociaturam, ut iam nihil ex sua gente praeter solam progeniem remaneat.

Angli itaque, quum id habuissent satis perspectum, poenis statutis edixerunt, ne quis Hibernius sua amplius lingua loqueretur, impetraveruntque ut Anglicae deinde traderentur litterae. Scholae autem Hibernicae abolitae; monastica doctrinae litterarumque loca diruta planeae deleta, quo factum, ut Hibernii, quum antea doctissimi fuissent et litteris erudit, rudes gradatim et litterarum expertes evaderent. Quo Anglis nil optabilius, quum hi summopere exoptassent; ut inscitia Hibernis opprobrio esset atque ludibrio. Igitur lingua Hibernica neglecta et oblivioni dedita, Hibernis in varias terrarum plagas migrantibus, optatum cessit ex sententia.



At hisce temporibus Hibernii, quum linguam suam in extrema esse tegula animadvertisserint, et praeviderent fore ut lingua sua et gens ipsa, si Angli amplius urgerent, de tegula in immensum oblivionis barathrum incideret, consiliis habitis, constituerunt, ut omni, qua possent, cura enterentur, ut lingua ipsorum et mores restituerentur. Qui conatus, quum magno cum aplausu acceptus esset, brevi mora effecit ut Hibernii societatem, quam «nationalem» vocant, inirent. Cui societati, saltem in Americis, hoc opus, hic labor. Praeses, qui in comitiis electus est, legatos ad eas, quibus plures addicti sunt Hibernii, paroecias mittit, qui Hiberniorum filios et filias, unoquoque solis die post meridiem congregent, eosque linguam Hibernicam et Hibernicae historiam doceant. Hisce in scholis interdiu adsunt tibicines qui, pueris gestientibus,

in famam uniuersitatis plu-  
dinem aliquando  
maximum in re  
aginibus, locis,  
tempore, quibus illa  
vita. Haec, visu  
bus edidit apta  
patentque  
super cetera  
squalentes ap-  
vivae, nitentes  
prodierint re-  
a indicem, quas  
vidimus, quas-

ALEXANDRI Fi-  
st in regiis aedi-  
tate.

uctorem habens  
ostentu Venetiis  
celebratum hoc  
G. A. Leishman.  
**Divino Filiolo.**  
regii aedibus

OLCI tabula est  
Florentiae.  
rans. Effinxit  
Correggio). In

tractavit PHI-

is «photocero-  
guli socii, qui,  
to tramite ad  
mentarii VOX  
tratorem, Ro-  
utam missam-  
iusdem pretio  
tatores novi,  
nem accipiet  
os subnotato-  
nas maluerit,  
bi subnotatio-

futura grata  
itatis causam  
causa huma-

X URBIS.

musicam Hiberniorum more exercent. Quo ritu ab Hibernis oriundi, quamvis longe a patria absint, patriae moribus imbuuntur, manentque Hiberniae fidissimi. Quibus quidem quum scholis interessem, saepe sum miratus, quod tanto animo patriae se dedunt, quodque tanta facilitate lingua Hibernicam discant pueri. Quae vis sit in eo incepto atque virtus, late patet, quum haec societas ubique foederatae nostrae Americanae reipublicae sit accepta. Sancti Francisci in urbe ephemeris Hibernica lingua et Anglica exarata septimo quoque die in medium profertur. Praeterea in maioribus huiuse reipublicae urbibus cerebra Hiberniorum consilia; Hiberniae ibidem orationes et cantilena atque saltationes; inde maior in dies patriae amor arctiusque inter Hibernios vineulum.

\*

Revivisit ecce lingua Hibernica, reviviscent Hiberniorum mores, et quum magnum Hiberniae servandae opus fervescat, sperandi datur ansa. illustrissimam et piissimam istam nationem non peritram, sed, Hibernia a servitate liberatam, praecaram proinde atque unam futuram esse gentem. Haec mea, haec Americanorum, haec multorum, quod sciam, Anglorum, omnia: quae utinam, Superis annuentibus, re eveniant!

Chicagine.

H. DOSWALD.

### CAECILIUS RHODES.

**C**AECILIUS ille Rhodes, mortalis quippe homo, tributum morti solvit. Eum extremae Africanae coloniae Napoleonem vocarant; nec alias quam magnus Napoleon humili et ipse loco natus, praeter suam ipsius spem ad Caesaream usque fortunam ascendit. Quid enim fuisset, puta, Napoleon si patriae insulae litora numquam deseruisse; quid si Caecilius Londini quievisset? Primam ille constituit sibi metam militiae honores, hic contra divitias; verum ne eam quidem ob causam migravit in Africam; valetudo enim eum expulit patria, coegerit mitiores auras quaerere.

Itaque cum fratre simul descendit ad adamantium illas fodinas, quas tum tria sodalicia occupabant: Anglicum primum, alterum Gallicum, tertium Africum, quod Barnavo quidam nigri coloris homo moderabatur. Accessit Caecilius Anglis, brevique tempore aemulos coegit in ditionem venire et Barnavum exsulem in Angliam remeare, qui ipso in itinere sese e navi deiecit in fluctus. En itaque Rhodes adamantium rex, en divitias adeo ingentes brevi aetate cumulat, ut in eam cogitationem venerit, sese calliditate et pecunia omnia quae vellet aggredi posse feliciter. Tunc superbia et ambitione incensus maxima, agitavit primum consilia de cogendis simul viribus colonorum, qui ultimam Africam colerent, iisque foederatis,

republicam condere Anglorum dominationis expertem; in renuentes deinde moliri bellum atrox, diutinum, implacabile.

Quod ut pararet conversa statim Caecilius mens: ad Anglos cives suos accessit, suamque fortunam et copias obtulit, ut patriae imperium dilataretur quam maxime. Quid plura? Ut tune temporis Gordon imperator in Aegyptiorum finibus pro Anglia potentia satagebat, ita sibi curandum proposuit ultima in Africa, quousque Anglicis commerciis divitiisque per mediam omnem Africam tutissima via pateret.

Manus igitur ad rem brevi admotae, atque oecupata primum Matabelium barbarorum regio: quorum terrae, plerumque emptae pecunia, Rhodesiae nomen obtinuere. Attamen paucis post annis barbari novi domini parum contenti mota seditione insurrexerunt, cumque milites perpauci adessent, qui perduelles cohererent, iamiam hostibus acerimis vietas dare manus oportebat. Tunc facinus temerarium profecto Caecilius cogitat, ipseque concesso equo per medios armatos hostes, vix tribus comitantibus amicis, ad barbarorum regem properavit; cumque media in eorum comitia adfuisset caput regi inclinat et eos qui convenerant hortatur, ut querimonia Caecilio patri palam exponerent, qui pacem esset allaturus. Quatuor per horas duces collucti sunt, donec Anglus vultu audacie prompta: « Praeterita – inquit – quae dixistis respiciunt; modo futuris prospicere est opus: pacem an bellum mavultis? » Tunc illi arma sua omnes ad pedes eius proiecerunt; ictumque est iterum pacis foedus, quod nemo deinde longum per tempus confregit.

Cum vero, hisce confectis, iter versus septem triones magis magisque pateret, ecce Europa quaedam gens Batava, Boerorum nomine, quae in ultima Africa sedem collocaverat dum, ac per praesidem suum societate a Caecilio propositae maxime obstiterat, transversa regione impedit gressum. Quater iam ab Anglis petita, quater e regionibus migraverat suis, cumque ad arma tandem Angli confugere. Majuba-Hill clade eos repulerat firmissime. Igitur ad coniurationes Caecilius se convertit; peregrinos qui ad fodinas excavandas terram trans Vaal flumen conveniebant, incitare omnibus modis ad odia in dominantes, suadere ut satagerent quo et sibi ipsis publica civitatis iura darentur. Cum ultra modum negarent Boeri, effectum, ut peregrini omnes armata manu consurgerent, vix cum Angli milites in reipublicae fines simul irrepsissent.

Res Iameson doctori commissa, qui cum descripta legione tormentis bellicis instructa in fines Boerorum ex improviso incurrit. Attamen Boeris alacer animus fuit, et aequa promptus ad tutelam patriae: antequam enim sedatio fieret, incurentes Krügersdorp ad locum hostes fuderunt, ipsumque ducem captivum secum abduxere. Sed paulo post, intercedentibus Anglis, redditus est libertati Iameson, dum Caecilius ab administranda colonia recedens novo molimini dat operam, ut Angli ad ulciscendam Iameson cladem novum bellum parent. At Boeri antequam petantur ab hostibus primi incurrit in horum coloniam, ipsumque Caecilius Kimberley in urbe obsidione cincta paene ceperunt, ni French imperator sublata obsidione

liberasset restituissetque ad suos, ubi finem belli et victoriam ad ultimam vitae horam animo numquam fraeto speravit.

Oecidit Caecilius dum aurora pacis in ultima Africa tandem aliquando illucescit:

*Omnia tu cinere a fesso mala verba repelle.*

P. ROSSANI.

### DE MINUCHI FELICIS "OCTAVIO,"<sup>(1)</sup>

Allata hactenus argumenta Caecilium pertierunt ut philosophum; quae vero subsecutura sunt, ut civem impugnabunt romanum. Iactasse enim hunc memoris sumus: idecirco « ultra solis vias et ipsius Oceani limites » romanum imperium excrevisse, quod non aliquos tantum, sed omnes plane deos sedulo cultu Romani essent prosecuti. Vix dictu opus, eeteros quoque scriptores latinos praesentissimo deorum praesidio acceptam retulisse romani nominis vim ac maiestatem. Qua vero ratione peregrinarum gentium numina iidem sibi Romani conciliarint, ex Plinio, velim, comperias. « In oppugnationibus solitum a Romanis sacerdotibus evocari deum, cuius in tutela oppidum esset, promittique illi eumdem, aut ampliorem apud Romanos cultum » (2). Atque hue cadit illud poetae:

*Dignus Roma locus, quo Deus omnis eat! (3).*

Quam ridicula sit haec Romanorum in suos deos pietatis ostentatio, ex ipsis eorum annibus Octavius eruit. Nullius enim nationis, sive prima eius species exordia, sive varia labente tempore incrementa, audacior fuit quam Romanorum impietas. Nam isti non aliunde suam trahunt originem, quam a perditorum ad latrocinia foederatorum hominum multitudine, quibus qui praeverat Romulus, quemadmodum auctoritate, ita immanitate sodalibus antecellebat. Nece enim fraterna iecit urbis suae fundamenta; mox Sabinas virginis insolentissima irruptione rapuit, bellumque « earum parentibus, id est, saceris suis » intulit. Sic totam Romanorum historiam Octavius noster revolvit, ostenditque eos, spreta penitus deorum veneratione, imperii limites extendisse, dum civitates cum templis arisque everterent, captos hostes suis sceleribus consociarent « templa omnia de manubiis, id est de ruinis urbium, de spoliis deorum, de caedibus sacerdotum construerent ». Quamobrem reete Tertullianus dixit tot fuisse Romanorum sacrilegia, quot tropaea, tot de diis quot de gentibus victories (4). Non ergo immerito hanc Octavius elicit conclusionem, non tantos Romanos evasisse quod religiosi, sed quod impune essent sacrilegi.

Neque igitur auxilio deorum, neque merito tribuatur Romanorum, si dominatu euneta tenant, verum Omnipotentis Dei, regna quibus voluerit dispensantis, consilio atque decreto.

Quod vero crimina attinet in Christi cultores congesta, haec omnia in ipsorum calum-

(1) Cf. num. sup.

(2) Lib. XXVIII *Natur. Hist.* cap. 2.

(3) Ovid. I. - 1 *Fast.*

(4) *Apol.* cap. XXV.

Dixit in  
Pontificis R

niatorum  
Tandem ab  
turae ad  
tinaciter va  
periatur ut  
Num qui e  
pulero suse  
res evadat  
nibus fidei  
ponit varia  
reditus exhi  
quam in se  
turam omni  
nasceatur, as  
eidunt et re  
rupta revi  
Theophilus  
hand ita r  
esse qui e  
meassent. I  
verba fecin  
philus mem  
arios adu  
flamma abs  
fulmine, vi  
nolle dare

Potest e  
At vero, e  
lueulentissi  
tant vatic  
suadet natu

(1) Lib. ad

## LEONI XIII

IESUM PUERUM INVOCANTI  
IN PRAELUDIO NATALIS EIUS  
AN. MCMI

Nascentem Iesum nascenti saeculo ut adsit,  
Exigat aerumnas et genus omne malum,  
Plectimur unde homines violata ob iura superna,  
Anxius imploras sollicitusque, Leo.  
Parce metu, Pater, atque altum compesce dolorem:  
Aetatem longam praemia longa manent.  
Quem multo dudum sparsisti semine, fruges  
Laetas en multo foenore reddit ager.  
Sic per Te saeclum surgens, optata quietis  
Nactum dona, tuum nomen ad astra feret!

JOSEPHUS FORNARI.

(FORFEX)

Dixit in sollempni conventu, quem Societas Petriana e Catholica Italiae Iuventute in honorem Summi Pontificis Romae habuit III Non. Aprilis a. MCMI.

niatorum capita, stupente Caecilio, coniicit. Tandem ab amico petit cur labefactando futurae ad vitam reparacionis dogmati tam pertinaciter vacaverit. Nam quis tam stultus reperiatur ut id fieri per Deum posse neget? Num qui e nihilo hominem finxit, non e sepulcro suscitare poterit? Quo vero credibilior res evadat hominibus solis sensuum perceptio- nibus fidem adhibere solitis, ob horum oculos ponit varia quae ipsa natura annui ad vitam redditus exhibit specimina: «Vide, — inquit — quam in solutionem nostri resurrectionem futuram omnis natura meditatur. Sol demergitur et nascitur, astra labuntur et redeunt, flores occidunt et reviviscunt, ... semina nonnisi corrupta revirescunt». Potuissest praeterea, sicut Theophilus ille Antiochenus, ethnicis obiectare haud ita raros vel apud ipsorum scriptores esse qui e Stygiis tenebris ad solis lucem remeassent. Nam praeter Protesilaum, de quo verba fecimus, duos alios laudatus ille Theophilus memorat (1), dum haec quaestione adversarios adurget: «Si credis Herculem, quem flamma absumpsit, vivere, Aesculapium tactum fulmine, vitae restitutum, quae dementia est nolle dare fidem illis quae Deus loquitur?»

Potest ergo Deus suscitare mortuos si velit. At vero, eum ita velle tum plurima, eaque lueulentissima saerarum litterarum praenuntiant vaticinia, tum divinae etiam iustitiae suadet natura. Quae utique et dignis post mor-

tem praemiis donabit eos qui nullam suaे virtutis mercedem per vitam receperint, et iustis eos cruciatibus afficiet, qui suorum scelerum poenas nullas persolverint.

Favebat insuper Christianorum defensori mirus quidam ethnicorum auctorum in hac re consensus; siquidem notissima sunt quae de variis lectisque inferorum suppliciis summi poetae, Vergilius, Ovidius tradiderunt. Quo igitur iure id Caecilius ausit infitiari, cui doctissimorum inter ethnicos virorum clarissimum accedit testimonium? Verum, quo tardior, eo sane severior irruet iustissima Dei in suos contemptores indignatio. Evidem «lento gradu ad vindictam sui divina procedit ira, tarditatemque supplicii gravitate compensat» (1). Nec solum generi humano, sed universo etiam orbi ruina concrematioque impendet: «Quis — inquit — sapientum ignorat, omnia quae orta sunt occidere; quae facta sunt interire? Caelum quoque cum omnibus quae caelo continentur, ita ut coepisse, desinere?» Erat nempe haec de perituro aliquando mundo doctrina a multis tune philosophis recepta, eo quod nulla coagmentatio non esset dissolubilis.

Sic refutatis, acerrima eloquentia, Caecilius cavillationibus, tandem his dialogum concludit: «Philosophorum supercilia contemnimus, quos corruptores et adulteros novimus et tyrannos, et semper adversus sua vitia facundos. Nos non habitu sapientiam, sed mente praeferrimus; glo-

riamur nos consecutos, quod illi summa intentione quaeviserunt, nec invenire potuerunt... cohabeatur supersticio, impietas expietur, vera religio reservetur!» (1).

Ab oratione cum Octavius cessasset, duo amici, Caecilius et Minucius prae admiratione haerent obstupfacti: Minucius quidem ea quae audierat tacite secum revolvit, Caecilius vero se ab Octavio victum, sui iam erroris esse vi- etorem, quandoquidem ad Christi fidem et ipse se totum convertisset. Sed cum ad horam pro- vectiorem plena doctrinae sermocinatio durasset, differendam duxit in diem sequentem ubi- riorem christianorum dogmatum disciplinam. Post haec, tres, qui convenerant amici, amicissimi discedunt «laeti hilaresque: Caecilius quod crediderit, Octavius quod vicevit, ego (Minucius) quod hic crediderit et hic vicevit».

Attentius perpendenti quae de Minucio Fe- lice, haud ignobili verae religionis actore vel leviter attigimus, eadem prorsus videbitur pri- scorum hodiernorumque hostium argumentandi ratio. Profecto, novitas, si qua inter ipsos forte deprehenditur, tota verborum est, non rerum. Glorietur itaque sancta Dei Ecclesia iam ni- hil, hac actate, infensissimos adversarios moliri posse, quod non fuerit in seipsam, prioribus saeculis, frustra tentatum. Utinam vero catho- lici viri qui christianae fidei arcis custodienda vires insunt, non hastis quidem instructi, sed calamo, assidue pervolvant primorum Religio- nis patronorum libros, in quibus saepe mira di- cendi vis et elegantia cum non minori sapien- tia reperientur. Sub tantis magistris, non solum defendendi, verum etiam oppugnandi rationem edocebuntur. Faxit Deus, ut quem de Caecilio triumphum Octavius egit, ipsi saepenumero va- leant reportare!

Scrib. Thuriaci in Valesia.

A. SORDET.

## SOCIORUM ANIMADVERSIONES

De coronarum usu apud Christianos

A re, quam nuper cl. vir Iosephus Marra in commentario nostro agitavit, non absonum puto ea referre, quae de coronis indicat in *Harmonia Historiae Passionis Iesu Christi* C. Sagittarius — (Lips. ed. I. Gross. et soc.; Ienae impr. typ. Nisian. a 1510 1584) — part. II, § CCCXXI: «Clemens Alexandr., qui ob spineam Christi coronam Christianis omnibus coronarum usu interdicte, nimis vi- detur rigidus, cum abusu licetum etiam usum tollens. Verba eius latine facta haec sunt ex lib. II *Paedagog.* cap. VIII petita...». Se- quuntur verba. Post quae: «Sane — addit — religio Christiana coronas non tollit: imo vero ipsi Spiritui Sancto complacitus est flor- rum decor et coronarum usus. Certe in Apo- calypsi non modo quatuor et viginti senato- ribus, sed et ipsi Christo aptatur corona, non illa spinea, promta e supellectile carnificum, sed vietrix, triumphalis et gloriosa».

Haec in Tertulliana dicta sunt.

Mendhusio.

V. HERTEL.

(1) Lib. ad Antioch.

(1) VAL. MAX. In Dionys. Syrae., lib. I, cap. I.

(1) Cap. XXXVIII.



### SUBLACUM.

**S**UBLACENSEM regionem, Urbem, gentem eas esse credo, de quibus narrare singula pauci, ornare autem laudibus et amplificare praeconis nemo possit, quum et rerum natura et Superi et homines ad eas decorandas augendasque per diuturnam saeculorum seriem coniurasse simul et certatim contendisse videantur. Nec dubito fore plerosque, qui scripta ad hyperboleum potius esse, quam ad veritatem, haec verba mea iudicabunt, immo credent me grato potius animo quam severis historiae disciplinis gessisse morem, quum in ea urbe studiis, qualiaeunque sint, meis operam dederim, fortasse, ut ait Vergilius, non

*parma inglorius alba*

inde regrediens.

At mihi magni semper fuit honor reddendus tum viris tum locis, unde aliquid hausit, quo mentem optimis excolem institutionibus ac disciplinis. Quod quidem et sacrum mihi, et verum esse fateor, hae lege tamen, ut mentiar numquam si dixero, aut scripsero; taceam vero libentius, quam dicam de iis, quos incolumi veritate laudare non possim.

Praemissis itaque hisce ad gratiam fidemque mihi comparandam, lectorem oro ut memor, quae ab initio pollicitus sum, hue revocet; ea quippe totum continent opus, et quodammodo dividunt, in regionem, urbem ac gentem. Singula, qua potero, brevitate sequar.



Siquis per Tiburtinam viam, olim Valeriam, Roma demigraverit, et potitus Tibure in Anienem fluvium venientem, quasi fontes fluminis invisurus, processerit, Vieovarium, et Mandelam praetergressus, in meridiem tendens valli, cui medius Anio placidissimus, angustae aderit. Qui montes a dextris euntis sunt modo Saraceni, modo Rosei, modo Carduelini vocantur; qui a sinistris Simbrivii, Simbruini. Quasi pascentes agnorum greges hinc inde vici, quorum hi radices, hi medium, hi summum tenent. Habes

in Carduelinis Anticolum Corradi, Saracinescum, Maranum, Areem Medium, Areem Cantarani. Habes in Simbrivii Cerbariam excelsam, Augustam pone fontem caeruleum; perge ultra, et quantum est apparabit Sublacum accline colli, cui urbis arx superba imponitur, lateque dominatur, dum ima urbis Anio multa murmurans lambit, haud aliter ac si quereretur de laboribus improbis, quibus adstringitur, iubente urbe cui desponsatus est; sibi enim illie molae agendae sunt frumentariae, chartariae officinae, tum machinae vel telis texendis idoneae, vel ferro endendo, vel coloribus terendis, vel olivis frangendis, vel oleo exprimendo, sexcentaque alia subeunda sunt onera et opera, quae haud certe sponso, sed servo, captivoque potius digna videntur. Quae omnia peragit quidem

*Rex camporum Anio, laetus ditissimus arris;*

at nec sponte facere, nec impune ad ea impelli tum spumeum agmen aquarum freudentium inter angusta et magno cum murmure indignantium, tum diluvia frequentia, alluvione magna superantia ripas et Sublacenses agros late inundantia, testantur.

At amantium ira amoris redintegratio est; nam brevi uxori amnis furores deponit, plaeidusque evectus machinis agros rorat aestuante sole et frumentis ariditate languentibus. Ea tamen urbis huius conditio est, ea regionis universae temperies, ut opportuna sit et omni Flora, et omni Cereri, et omni Pomonae ab olivis ad quereus et iliees, ab amygdalis ad pyra et mala et uvas egregias, unde vinum fluit, quod toto Orbe nomine *Cesanese* celebratur, nec famam potiore iure vinum aliud adeptum est.

At, postquam ultra urbem, in Anienem semper, perrexis, mirabilia regionis emicant; quippe ad orientem praeruptae, asperrimae Simbruinae rupes, ad solis occasum mugiens in profunda quasi fovea Anio, collesque oleis, vitibusque decori. Videsne? Hic primus lacus unde nomen loco, et, quod vides exiguum eminere templum super abrupta, «Sancti Laurentii ad aquas altas» nuncupabatur. Perge. Novum ecce hiat

barathrum, cuius in imo spumas agit inter saxa fremens strepensque fluvius. Faeile accipies alterius laci formam, nam vides quibus ab angustiis in primum «ad aquas altas» lacum fluat. At nunc te admiratio percellet: sumus enim pone aedieulam quae a S. Mauro appellatur. Pons saxeus hic, ubi duo montes quasi immani conatu divisi sunt ad perpendicularum in profunditatem horribilem, terret oculos, terret animum si deorsum respexeris, et ideo hinc inde magis quam par esset editi muri. Fateor me interdum respicere tentasse, et semper horruisse: nam fluminis quae superior pars, quasi paratura iras, brevi in lacu moratur, aquae autem tum profunditate formidanda, tum illicibus, querebusque impendentibus atrae, obscurae, nigrae, tartareae penitus et infernae; et, ne desit oppositio horrori teterrimo, noctae subterraneam inter rupes viam, per hanc spumis albescentes, fremitu horrendae praecipitant. Die, sodes; portam hanc duos inter montes in rupe quis aperuit, quis excidit? Si homo, ubi sealpri signa saxum mordentis ac terebrantis ingens?... Si nemo, habes igitur in illa aetatem regionis; Anieni namque haec unica erumpendi via; ipse itaque perpetua lima aquarum suarum mordit rupem a summo ad imum. Habes igitur quantum quotannis seuererit. Si ergo distribueris numerum quantitatis huius per altitudinem integrum, habebis annum, quo, emersa ab undis Italia, Anio fluere cepit. Hoc ritu Niagarae easus de suae regionis origine testis est; nec aliter Velinus apud Interamnas, nec aliter Anio ipse apud Tibur, eo in loco, qui Boream spectat, itemque apud Vieovarium in rupe, cui Sancti Cosmae coenobium nunc imponitur, respondebunt, si bona fide, et non ad mendacium interrogentur.

Sed haec alias pertinent, non quae sequimur. Credo; vides tamen quanta argumentoso ingenio naturam rerum scrutanti hinc emicent; mox videbis quae historico praestent. Nam quae reliquiae murorum haerent monti sinistrorum praecipi, qui in Anienem imminet quasi triangulum satis acutum, cui fines aereum caeli, vertice, undae Anienses pedibus constituunt,

hae dicuntur *laci*.  
ab hoc palatio  
eymba, purpura  
hamis piscautur  
illa ad S. Mauro  
claudebatur firmitas aquae reflexa  
«exiguum infelix»  
pellatur, et ultro  
accumbens, medietate  
et orgiis et libato  
est fulmine, quod  
lum, manu verbo  
ipse autem, qua  
riculo liberatus,  
sibi adversa patet  
tus habet (1); «de  
Simbruina stagna  
est, iactae dapes

Oppositus humi  
mons, non praecipit  
nus, et deorsum  
tummodo divisus  
latine «mons».  
surgunt admirata  
externa magnitudo  
S. Scholastiae 1  
celeberrimum or  
effulgit quidquid  
mus in libris; q  
scriptores, eos  
agnesque perculer  
chorum praeteriti  
bium est, aedifie  
post ruinas et  
adhibetur ad se  
qua vir Dei Be  
Patriarcha Monach  
illeebras fugient  
lituit, et Benedic  
constituit ac scri  
decim in Simbru  
fieavit, quibus no  
Vallis in posteru  
genus ab Aniciis  
CCCCLXXX, na  
pius Probus, ma  
appellabantur. Is  
nobium, teste M  
venientibus homi  
adolescentem, pr  
ptum est, atque i  
quo decoratur. Se  
advenis, alterum  
gni monasterium  
in valle *Puceia*,  
narrabimus; mag  
quid enim cultu  
studiorumque su

DE A

HENRICI SI

ILLUSTREM iam  
Iricum Sienec  
tamen sciebam

(1) *Annam*, Lib.

(2) *Mirtus*, Cap. I

hae dicuntur Neronis Augusti olim fuisse rus; ab hoc palatio procedere solitus dicitur aurata cymba, purpureis velis, aureis argenteisque hamis piscaturus in lacu hoc tertio; nam porta illa ad S. Mauri inter rupes quadrato opere claudebatur firmissimo, retentaeque muro Anienis aquae refluxant ad Gennae locum, qui « exiguum infernum » (v. *Inferniglio*) nunc appellatur, et ultra. Hae in domo, dicunt, mensis accumbens, mediis in epulis et comeditionibus et orgiis et libidinibus Nerone dignis, afflatus est fulmine, quo murrheum immensi pretii poculum, manu versatum, ablatum fractumque est; ipse autem, quamquam incolmis et magno periculo liberatus, praesens infastum omen, et sibi adversa parari. Quam in rem haec Tacitus habet (1): « discubentis Neronis apud Simbruina stagna, cui Sublaqueum nomen est, iactae dapes, mensaque disiecta ».

Oppositus huic a dextris ab oriente mons, non praecipit, non praeruptus minus, et deorsum interfluent Aniene tantummodo divisus, *Thale* dicitur, hoc est latine « mons ». In hoc duo aedificia assurgunt admirabilia visu, tum ausu, tum externa magnitudine. Quod inferius est, S. Scholastiae nomen habet, toto penitus celeberrimum orbe terrarum; inde enim effulsit quidquid latinae aetatis habemus in libris; quotquot autem perierunt scriptores, eos Langobardorum rabies ignesque perculerunt, non socordia Monachorum praeterit. Quod superius coenobium est, aedificatum a Patriarcha olim, post ruinas et excidia inde restitutum adhibetur ad servandam speluncam, in qua vir Dei Benedictus, Occidentalium Patriarcha Monachorum, quae mundi sunt, illecebras fugiens, pueritia ab ultima delituit, et Benedictini Ordinis praecincta constituit ac seripit. Inde egrediens duodecim in Simbruina valle coenobia aedicavit, quibus non Simbruina, sed Sancta Vallis in posterum nuncupata est. Huic genus ab Aniciis et a Claudiis anno Christi CCCCLXXX, nam pater Anicius Eutropius Probus, mater Claudia Abundantia appellabantur. Istud autem superius coenobium, teste Mirtio in *Chron.* (2), convenientibus hominibus undique ad sanctum adolescentem, primo exstrui, primo habitari coepit est, atque inde nomen « Protomonasterii », quo decoratur. Sed, frequentioribus de die in diem advenis, alterum exitandum Patriarchae insigni monasterium fuit, ipsumque statuit inferius in valle *Puceia*, de quo in sequenti numero narrabimus; magni enim momenti res est; si quid enim cultus, humanitatis, disciplinarum, studiorumque supersit, hisce debemus.

SENIOR.

### DE AEMILIO ZOLA

HENRICI SIENCKIEWICZ SENTENTIA.

ILLUSTREM iam pulcherrimis poematisbus Henricum Sienckiewicz cognovimus, non eum tamen sciebamus, qui aequo iudicio pariter-

(1) *Annalium*, Lib. XIV, § 22.

(2) *Mirtius*, Cap. II, *Chron. Sublacens.*, et not.

que subtili in iis quae ad litteras pertinent, esset praeditus. Atqui hunc se protulit ex epistola quadam ad gallicum commentarium missa, *Revue Hebdomadaire*, qua Aemili Zola opera universa sibi aestimanda suscepit. Iamvero quoniam patet satis et diametro oppositam utrumque scriptorem iniisse viam, haud exspectet quisquam benevolam favorablemque sententiam: non levem tamen vel parum perspectam, sed gravibus argumentis suffultam atque sincero calamo expressam inveniet, et eam, quam iuvet in *Voce Urbis*, brevi quamquam, referre.

Sienckiewiczi iudicium inde a primis fundamentis ortum dueit, e familia, inquit, scriptorum, cui Zola est addictus, qui nomen a natura usurparunt. Iure condemnat auctor, uti


eulpam feminas, quas milesiarum fabularum scriptores in Gallia effingere assueverunt, computaverit, vix ex centuria quinque vel decem, castas inveniet; quod plane si reapse in civitate contingret, nulla familiaris societatis reliqua spes esset. Illi tamen impune sese e veritate tantum suas fabulas esse exemplatos declarant, paucis vix additis, quae ad complementum necesse essent! Mendacium omne igitur, atque corruptarum rerum studium recentium harum litterarum malos esse fructus conspicimus. Bene equidem, quod propitio tandem fato foedarum rerum incipit fastidium: quod repugnat tandem coeno atque limo lectores: quid sibi ipsi velint adhuc forte nesciunt, at sciunt optime quid nolint: putrido hoc aere oppressos plane sensus animumque experimur!

Haec itaque Aemilii Zolae culpa praecipua: cumque liber sit quasi novus animalium magister ac nonnumquam parens, eius libri, foedissima quaeque prae diligentes, quidquid optimum in homine est usque prosternunt, quidquid noxiun atque vitiosum addito stimulo incitant. Vita, quam ille refert, taetra, imo horrida apparet; ecce itaque in homines vitae stomachum infundere, eorumque industriam ac navitatem suffocare? Mirabilis quidem bellicus Zolae liber, quem *Debacle* inscriptis; at quis miles cum legerit amplius iam pro aris et focis decertabit? Quare, — concludit censor —, si Gallus natus essem Aemilii ingenium famquam civilem calamitatem deflerem, unumque in votis haberem, ut arecerent tandem eius fictiōnum fontes, utque a discipulis auctor relinqueretur.

Utrum itaque scriptoris fama perennis mansura sit, an brevi peritura plane dubitandum. Adsunt enim in serie illa, quae *Rougon-Macquart* gentiliciam historiam effingit, libri pulcherrimi quidem atque amplissimi, uti *Germinal* et *La Debacle*, magni ingenii egregia specimen; attamen cum universum opus eius aestimaveris, corruptum passim atque imminutum turibus fictionibus turpique sermone deprehendes. Licet enim vel reos, vel miseros, vel malos homines fingere, eorumque animos describere; haud vero necesse est blasphema eorum verba vel turpiloquia referre: fines sunt statuti, quos ratio civilis posuit non impune violando.

Iam si, inter abaci temporis opera, quaedam in honesta superstite fama adhuc vivunt, sive quia risum movent sive quia lectissimo stilo descripta, nihil profecto mansit, quod fastidium legentibus vel nauseam ingerat. Quare id licet ab Zolae aequalibus quaerere, num ille futurum operis sui nomen ad hoc immolaverit, ut gloriolam inanem adipisceretur disceptationum, quas hinc inde litterariae reipublicae iudices de pretio novi cuiusque libri decertantes circum excitarent.

Accedit hisce una mens eaque impervia satis, qua totius operis, cui a *Rougon-Macquart* nomen, susceptus est labor, ut nimur evinceretur tales esse nepotes oportere, quales avifuerint, ingenitumque ferre unumquemque nostrum huius, sive illius vitii, vel amentiae,



Monasterium, ubi spelunca S. Benedicti ad Sublacum.

vel virtutis semen, quod cum germinaverit atque effluerit, fato impellente vitae vivendae mores quisque deligat, libertas animi omnis abigatur, atque praepotenti vi ad agendum ita impellamur, ut sive culpae, sive meritorum inanis voces insontem.

Hane itaque auctor perviaeaci consilio metam proposuit operi suo, atque summam veluti tot librorum esse voluit. Verum hac mente deceptus vicissim is fuit, quippe qui nil certum huiusmodi in opinionibus adhuc e disciplina naturae constitutum fuerit vel decretum; quare volentes nolentes res hominesque, hec etiam suo tramite ille coaretans, falsum persaepe edidit arbitriarumque fructum, et a rerum veritate absonum prorsus.

Quod si interdum, ipsius suscepti argumenti amplitudine quasi superatus, eximus scriptor Zola evadit atque sublimes dignasque maximis poetis paginas conficit, cum contra suo consilio nimis adhaeret, taedio persaepe afficit lectorem. Inde fit ut *Docteur Pascal* fabula, quae postrema est atque opus universum concludit, arida, inepta, absurdia usque evadat legenti, cuius id quidem descendit in pectus - oh! virtutis, officii et bene vivendi doctrinam! -, vitam fatalem esse laborem quemdam quasi vertente rota aut machina actum, quomodo cumque expleundum; agrorum viriditatem fimo obrui, oientes flores cadaverum foetore corrumpi, valetudinem tabe vinci, vitium amentia hauniri, morbis omnibus late et ubique omnia absumi: sceleratorum sedem ac regionem plane horrendam!

A. COSTAGGINI.

8]

FABULAE SELECTAE FONTANII  
A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE  
PASSIM RETRACTATAE A FRANCISCO XAV. REUSS.

XXXIII. — MEMBRA ET STOMACHUS.

*Reges debuerat mea primum dicere Musa,  
Quae bene compositis, ordine regna vigent.  
Quadam sub facie, Gaster est regis imago:  
Si doleat Gaster, corpus et omne dolet.  
Olim, quae stomachum sustentant membra labore,  
Iam subducta gravi se volvere iugo.  
Nobilium ritu decererunt vivere; festos  
Ducere, cœn Gaster assolet, usque dies.  
« Aëre - sic artus - vacuo ruscatur obesus  
Helluo; iumentis nolumus esse pares.  
Nos nihil ille iurat; quorsum sudamus? Inerti  
Seilicet ut bene sit, dum sua ferla vorat.  
Cessemus tandem, captantes otia grata,  
Quae docet exemplo nos piger ille suo.  
Dictum res sequitur: iam brachia tendere palmas,  
Palmae ferre cibos, ire pedesque negant.  
« I nunc - irridens - tibi quaere cibaria, Gaster ».  
Mox tamen errorem membra supina luunt.  
Languescent sensim: viduantur sanguine venae,  
Quarum dama nequit cor reparare vacans,  
Artus hinc omnes dispendia magna tulerunt,  
Ac perit totus, qui fuit ante, vigor.  
Quem coniurati pigrum dixerat, fatentur  
Communi, ante omnes, consuluisse bono.  
Haud aliter plebi maiestas regia prodest:  
Accipit et donat rex, ope pensat opem.  
Quisque suas confert in regis commoda curas;  
Rexque, rices reddens, commoda cuique refert:  
Rex alit artifices, operi mercede tribuita;  
Rex mercatorum providus auget opes;  
Protegit agricolas, bellantibus aera ministrat,  
Iura fovet Themidis Pieridumque decus;*

### VITA FUNCTI VIRI CLARIORES

Caietanus Casati, quem morbus, aliquot ante annos in Africanis itineribus acquisitus, Cortenova ad Mediolanum tandem oppressit. admirabilis quidem ob multam audaciam et fortitudinem vir exstitit. Modetiae natus an. MDCCXXVIII, invenis admodum militiae inter pedes nomen dedit et ad ducis honores usque pervenit. An. MDCCCLXXIX munere dimisso Africam peragravit inter primores Soudan petens, dum Mahadi ille notissimus eiusque turmae terrorem ubique excirent. Illic in *Emin pacha* incidit, quo cum explorationes in equinoctialis circuli regionibus pergit - quas deinde praelo commisit - gentesque Niam Niam ac Mombuthe invisit. Captivus factus cum socio divisit sortem, quoniam ambos Stanley liberavit. Tune in patriam redit, atque ab omni tumultu civitatis remotus humiliisque vitae eurusum absolvit.

Marcellini Desboutin, Nicæe ad Varum vita funeti, nomen nostris diebus plures ignorabant: artis vero periti insignem aeris caelatorem meminerant ac poetam, longaque aestimatione prosequabantur. Scholæ illius, quæ a veritate nomen duxit, inter praecursors excelluit.

Carolus Potvin, Belgarum litterarum Nestor, poeta summus evasit et pugnax et quasi bellatorius scriptor. Eius sapientiae monumentum, litterarum suae civitatis historia, nomen posteris commendabit.

Coloman Tisza apud Hungaros cives suos primas partes diu habuit in ratione rei publicae, factiois illius princeps quæ libertati favebat. Administrorum consilio praefuit: tune renovando et instaurando aerario studuit atque imperio omni modo augendo. Iam diu a studiis civilibus recesserat privatusque in civitate manserat.

Goritia denique in urbe subita morte extinctus est Iacobus Missia, illius civitatis Archiepiscopus et

Princeps, inter Patres S. R. E. purpuratos cooptatus an. MDCCXCIX, studio honoris et gloriae Dei praecularus.

I. F.

### SAPIENTUM INVENTA

De verbis luce exprimendis.

VERBORUM motuumque renovatio iamdudum per machinas eas producitur, quibus « phonographum » et « eynematographum » placuit sapientibus nomen imponere: illa verba colligit in cereis virgis atque, cum volueris, repetit: haec per taenias levissimas motuum series luce impressas accipit, deinde ad videntium libitum eadem vicissitudine refert ad oculos, quasi viuentium actionem rursus effingens.

Deinde fuit mens, neque est difficile coniectu, utrumque genus simul iungere, ut absentes viri apparerent suis motibus sese moventes et proprio colloquentes sermone. Verum quamvis multa adhibita fuissent studia, id accidit, ut cum binae moverentur machinae, altera vocibus, altera motibus reddendis propria, perraro vox cum facie concordaret ad unguem, quod perraro uno eodemque momento excepta in machinis voces essent, et motus qui singulis responderet. Tune vir physicus, Hernestus Ruhmer, ad rationem aliam de re se convertit, machinamque construxit, quam « photographophonum » appellavit, qua videtur tandem optatam contigisse metam.

Flamma est vivida quidem, at levissima, quæ flante voce dicentis toties una cum anhelitu redeunte vel suspenso incenditur atque

Nec fugere e caula, nec se defendere latro  
Eralet, implicitus colla pedesque sago.  
Subdolus usque aliqua se prodit parte: luporum  
Qui lupus est natus, tutius ora feret.

### XXXV. — RANA REGEM POSTULANTES.

Undicoram gentem ranarum forte pigebat  
Illi imperii quod populare vocant.  
Iupiter, in querulas pronus, genus omne coaxans  
Principis unius sub ditione dedit.  
Pacificus ranis demissus ab aethere rex est,  
Grandi qui strepitum, dum erudit, implet aquas.  
Diffugere metu stolidae, densaque per ulvas  
Attonitae latitant, perque profunda lacus.  
Nulla est ausa diu regem spectare, gigantem  
Quem sensere: gigas ligneus ille fuit.  
Una sed, innato studio pellecta ridendi,  
De latebris exit denique cauta suis.  
Accedit tacite: gravitas hanc regia terret;  
Altera mox sequitur; tertia, quarta subit;  
Turba ruit tandem; simul et reverentia longe  
Exsultat: in regis prosiliuere caput.  
Audaces rex immoto cum corpore ferret,  
Stridula gens questus ingeminare suos.  
« Iupiter - exclamat - da, qui sua rite mouere  
Membra queat, regem ». Grus data supplicibus.  
Quae miseris, rostro captus, lanitaque voratque,  
Ut furor, utque famæ rix satianda iubent.  
Obtundunt iterum Iovis aures mille querelæ;  
Iupiter at tandem roce minante tonat:  
- « Vestrone arbitrio me creditis esse regendum?  
Serranda imperii forma prioris erat.  
Qua tamen ablata, donatum rege benigno,  
Debueras, querulum conticuisse genus.  
Nunc si quid sapitis, ranae, perferte tyrannum,  
Ne mala morosas vos graviora premant ».

(Ad proximum numerum).

per se ipsa  
topographicam  
eynematographam  
qua photo-  
referunt; d  
que imagin  
eum voce d  
ligendas es  
signa accip  
rata atque c  
ut vidimus,  
perfecto ser  
ties, atque  
clarius, mod  
Cuius tae  
niaque ipsa  
atque insolit  
venit auxili  
virtus praec  
minus obsis  
tur. Itaque  
erectam tae  
selenium, q  
rius influit  
suis electric  
mittit; qua  
maeulas tae  
una cum ac  
rint impress  
simul reddit  
Ceterum  
positio medi  
insonat soni  
dare, sed p  
voei apprin  
grammatu  
plane reddit  
Quid plur  
multiplicatis  
indelebilis,  
illistrum v  
atque tradit  
EX IT  
De opif  
Augusta  
gravitate il  
omni tempore  
agitata, ad  
Iampridem  
tamen repre  
nari videba  
longius orti  
norm placit  
multitudine  
homines cal  
explendam,  
cooruntur.  
Adest in  
ubi nitidissi  
quam vulgo  
commode at  
parvo pretie  
rarii conver  
eturno oper  
Ecce autem  
minitantes

uratos coepatus  
et gloriae Dei

I. F.

ENTA

ndis.

io iamdudum  
quibus « phot-  
um » placuit  
verba colligit  
eris, repetit:  
m series luce  
ctum libitum  
los, quasi vi-  
s.

eile coniectu-  
absentes viri  
entes et pro-  
m quamvis  
cedit, ut cum  
ocibus, altera  
vox cum facie  
raro uno eo-  
chiniis voces  
nderet. Tunc  
ad rationem  
amque con-  
» appellavit,  
gisse metam.  
t levissima,  
na cum an-  
ditur atque

tro  
luporum

ANTES.

t  
coaxans  
est,  
' aquas.  
vas.  
us.  
tem

;  
it;  
onge

te movere  
plicibus.  
ratque,  
ent.  
iae;  
ndum?

nnun,

per se ipsa exstinguitur: dum haec ardet photographicam sonus imaginem accipit plane cynematographus, seriem reddens vestigiorum quae photographicam verborum dissolutionem referunt; dum languet nihil imprimitur: itaque imagines exceptae conveniunt adamussim cum voce dicentis. Ad voces enim ipsas colligendas eadem flamma valet; nam taenia signa accipiens est apto tramite et liceo parata atque obseuro in vaseculo oclusa. Flamma, ut vidimus, parta electride, adeo tenuis est et perfecto sensu, ut voce insonante contremiscat toties, atque agitetur; subiecta taenia luci, modo clarius, modo obscurius, lineis variis afficitur. Cuius taeniae apparatus cum fuerit solutus, taeniaque ipsa aruerit assueto modo, insigni ritu atque insolito accepta verba referre valet. Ei advenit auxilio selenium metallum, cuius haec est virtus praecipua, ut electrico rivulo magis vel minus obsistat iuxta lucis vim, qua percuteatur. Itaque inter lumen atque selenii tabulam erectam taenia vestigiis illis signata evolvitur; selenium, quo clarius per taeniam vel obscurius influit lampadis lux, eo altius vel demissius electricos motus ad machinam aliam transmittit; quae machina telephonus est, iuxta maculas taeniae varie agens; cumque aliunde una cum acceptis imaginibus ad unguem fuerint impressae in machinam voces, utraque res simul redditur videntibus et auscultantibus.

Ceterum vox ipsa, cum lucis tantum interpositio medio excipiatur, haud quidem aspero insonat sonitu, quem assueverunt phonographi dare, sed plana et dulci, et ipsi loquentium voci apprime consona, ita ut « phonographogramma » subiectam rem verissimo adspectu plane reddant.

Quid plura? Taeniis illis, quo magis volueris, multiplicatis, historiae documenta erunt plane indelebilis, quibus memoranda maxime virorum illustrium verba vel gesta tuto signo edentur, atque tradentur posteris.

A. L.

## EX ITALIS URBIBUS

De opificium Taurinensium tumultu.

Augusta Taurinorum, per tot secula, civium gravitate illustris atque animorum concordia omni tempore clara, mox, impotenti factione agitata, ad ineitas propemodum redacta est. Iampridem motus et seditiones agricolarum, vi tamen repressa, miserrima quaeque nobis omnari videbantur. Lenes enim primo rumores longius orti: quaedam virorum aliquot repentinorum placita inter socios edita, ab incautis ad multitudinem traducuntur; dum interea factiosi homines callide iisdem abutentes ad libidinem explendam, atroces in herilem dominationem cooruntur.

Adest in suburbio ad Duriam ingens officina, ubi nitidissima lux ex atris vaporibus elicetur, quam vulgo *gas* dicere consuevimus, qua civium commodo atque utilitati prospicitur. Illuc, haud parvo pretio adlecti, centum et amplius operarii conveniunt, qui diurno tempore et nocturno operam suam navant.

Eece autem ex improviso assurgunt, in heros minitantes rapiuntur, atque, veluti initio inter-

se se foedere, exiguitatem mercedis incusant, quae iamdui est ipsis adnuentibus attributa.

Horum arrogantiam ac pervicaciam officinarum domini oblatrant, omnique potius periculo obsistere parati, operariorum audentiam nimis grandia potentium, sieuri frangere nuntur.

Tunc ex officinis, veluti ex composito, agmine facto, omnes recedunt. Hoc primum perturbationis in urbe initium. Nam omnes ad unam officinae, veluti oceulo sacramento initiaetae, palam deseruntur. Tunc denique, quas nefarii homines civitati struerent, insidia iam in omnium luce versantur.

Superbiā enim officinarum possessoribus, imperia, divitias aliena manu adquisitas exprobare, communem servitutem queri, praesentem suorum sortem dolere, libertina ipsi audacia praediti, omnia quaestui habentes, herorum dignitiis, uti ex hostibus, in speciem lautoris operum stipendiī, praedae palam inhiantes. Quid tam verendum fuit a quo temperaverint? Quid tam foedum, quod non admirerint? Duo praesertim homines, qui populares oratores legibus ferendis et veetigibus decernendis immunitate sua publice fruuntur, seditiosorum agmen pro arbitratu inducteunt.

Ipsis auctoribus, operarii nostri, ceteroquin parvo contenti, laborisque patientes, praeter omnium opinionem caput extulerunt, magna nimis exposentes, miserrima quaeque minitantes, si stis quis desideris obsistere audeat. Tunc magna hominum colluvies, rerum novitate admodum, ex omnibus late Italiae urbibus ad nos confluxerat, qui maiestatis iam convicti, in res angustas atque ancipitia coniecti, unam spem in rebus novis habentes, alacres, erecti, per fora, per conciliabula volitant, coniurati veterem regni compaginem laxare, qua civilis hominum consociatio continetur.

*Clamores simul horrendos ad sidera tollunt!*

Horum voces ipsique vultus discordias, peticula, ultiones, excidia portendunt.

Actum esse videbatur de nobis, dum nova quotidie pericula in rem publicam ab iis conflantur, quibus nihil carius quam ut nomen ipsum regium abolerent.

Verum urbis magistri auctoritas tunc mirabilis luce adfulsit, qui, nullo periculo commotus, sarta tecta imperiū iura servare paratus, turbas tunicati populi non expavit. Et ipse provinciae Subalpinorum moderator, civis Romanus, improborum odium aspernatus, lacrimabiles Taurinensium casus exhorruit, omniumque civium adsensu ac plausu, potentiorum libidinem vi ac gravitate refrenavit.

Magnum sane periculum nobis tunc ingruit, cum primum haec virorum mulierumque incomposita turba, per vicos incessit, improba verba, convicia in cives furens exclamans, saxa iacit, mortemque mimitatur! Viri quidam, omni extermi periculi timore soluti, dum quisque civis ultima pertimescit, incredibilia et nova mox omnibus pollicentur, animosque ad odium proclives incitant. Hinc non iam apud illos ius aut consuetudo civitatis valet, sed in obnoxios scelesti, varii, metu metu propulsantes ac reciprocatione partium incerti in socios ipsos et amicos superbi et iniqui. Hoc insano partium studio abrepta civitas, in improborum impo-

tentiam corruit, et parum abfuit quin in extrema dilaberetur. Hand perperam illud Vergilii usurparem quoniam Troiam ruentem cum torrente componere aptissime voluit, qui

*Sternit agros, sternit sata laeta, bouisque labores!*

Egregias vero moderatoris urbis virtutes quisque admiratur, qui novum rerum ordinem operariis faustum auspiciatur. Constantiae, patientiae ac sapientiae laude clarissimus diuturnam operariorum acerbitatē lenire studuit.

Verum dum Augustae Taurinorum tumultus, Ferrariae clamores, alibi lacrimas crient in felices populorum conditiones, insanis sumptibus ac deliciis productae, Romae ultero conveniunt, Leoni XIII P. M. vigesimum quintum sacri Principatus annum ineunti, fideles, christiana caritate, pio gratoque animo volentes fausta cuncta ominantur.

SUBALPINUS.

## ANNALES

Macedonum Albanensiumque motus — Venezuelana et Columbiana seditio — Sinensis Russorumque de Mandchouria provincia foedus — Transvaalianae res.

PERSEVERANT in dies quas iam in superiore numero nuntiavimus ad velitationes hinc a Turcis militibus patraeae, inde a Christianorum manipulis, qui irrumunt in hostium fines arva depopulatur vel depraedatur oppida; iamque in militaribus provinciis Meskub, Monastir milites ex emeritis quoque stipendiis vocantur ad signa; paulo enim fident praesides auxiliaribus manipulis militantium sponte incolarum, qui et legibus et disciplinae obsistunt, et contumaci animo imperium tolerant. Interea in civitates quasque Bulgarorum Serborumque fines prospicientes cohortes mittere ad custodiam placuit, et ad omnem impetum cohendendum. Albanenses enim quo maximo valerent conatu Ipek oppidum cum improviso petiissent, magistratum aedes obsedere, ipsosque in vincula secum abduxerunt. Utinam ne de Haemorum quæstione alea iacta sit!

\*

Columbianum et Venezuelanum civilia bella nondum sedata et ipsa flagrant. Ex Columbianā republicā Marroquin doctor praeses certiores fecit, Soto atque Macallister praefectos militum fusos esse a Valencia imperatore, reipublicae parti favente; atque a Barbanno duce Uribe, perduellium principem, ab initia a se agressione apud Medina atque Boyaca repulsum. Contra Venezuelanae rei adversatur fortuna; factiosi enim suae civitatis copias in fugam iterum coniecere, deinde Carupano locum occuparunt.

\*

De Sinensibus rebus futurum brevi despondent, ut et Angli, et Americani, et Iaponii simul rata habeant quae Russi et Sinenses de Mandchouria provincia invicem constituerent; quod foedus his diebus sanctum erit atque subsignatum. Illud profecto Russi voluerunt ut Anglicos inter et Iaponios recentissimis pactiibus responderent, suasque vires et voluntates opponerent. Utrinque autem non satis fida atque diurna amicitia esse creditur, quippe cui et populorum origines et religio et mores obstent.

Audiuntur enim mitti interea a Iaponiis in Sinas centuriones et tribunos, qui Sinenses milites artem militiae doceant optime, qui oppida Sinensium instaurent atque muniant, qui copias imperii omnes aptis ordinibus instruant. Quae cum perficerint ad unguem non mirandum plane si Iaponii atque Sinenses manibus novum inter sese et in Europaeos foedus ineant.

Ultima in Africa agitantur tandem aliquando consilia de pace, quae videantur fallacia non esse. Sekalburger ille, qui Transvaalianae reipublicae praesidis partes agit, una cum Stejin, foederatae Orangianae reipublicae praefecto collocutus esse dicitur, adstantibus Delarey atque Kemp imperatoribus. Quamvis nunc quum seribimus, colloquii exitus adhuc ignoretur, praenunciant tamen fore ut Transvaaliani legati a vindicando quovis pretio imperio suo aliquantis percedant, et in mitiora consilia fletantur. Itidem Anglos iam esse paratos tradunt veniam eriminum omnibus elargiri, sive Transvaalianis civibus, sive suis ipsis colonis, qui una cum illis pugnavissent. Videndum vero utrum Boeri oblatis conditionibus acquiescant; nam, dum haec agitantur, ab armis tamen recessum non est, ipse Dewet dux ex improviso loca ad Praetoriam prope urbem munita pulsis hostibus per montium iuga occupavit; mox Delarey atque Stejin ad Harty flumen, insequentes Anglos aggressi sunt undique, dum e silva egrediuntur. Pugnatum est hinc inde acerrima constantia atque praesertim a Canadianis ballistariis, quorum firmae virtuti datum est tandem hostium impetum frangere, qui ideco multam post cladem recesserunt a pugna. Simul Botha dux una eum suis ad Natal provinciae fines appropinquit, iamque ad illam pervadendam copias instruit; quapropter eautum recens in Anglia, ut cohortes quae ad Douvres atque ad Shorncliffe castra habent, sese iam accingant ut Africanum ad bellum descendant. Profecto in mentem redit antiquissimum illud: « Si vis pacem, para bellum »!...

POPLICOLA.

#### LIBRORUM RECENSIO

De duplice sacri Corporis divi Sosii translatione Carmen historicum a CARMELO PEZZULLO Domus Pont. Antistite editum. — Neapoli ex typographia Nicolai Volpe M D CCC XCIX.

Inscriptione, quae carmini praeit, plane Morelliana, non fraudabo lectores:

IN SACRI CORPORIS  
BEATISSIMI LEVIT. ET MARTYRIS SOSII  
E MISENENSIBUS RUINIS EFFOSI  
TRANSLATIONEM  
NEAPOLIM PRIMUM  
NON DIU POST ANNUM M D CCC X  
DEINDE FRACTAM  
PRID. KAL. IUN. M D CCC VII  
PERACTAM  
CARMEN HISTORICUM  
IN DUAS PARTES DISTRIBUTUM.

In carminis decursu fere sui similis videtur auctor, cum in eodem paene orbe versetur, quo alias in opere: *De sacra B. M. V. imagine sub titulo Civitatis in Mamurrae oppido* (1). Quin etiam Vergilii more, idem in utroque specimen saepe versus recurrent, prout in exordio hi:

— *positaque aras fideique triumphum,  
Et varios casus, et sacri gaudia templi,  
Quantque festiva fuerint spectacula pompa.*

(1) Cf. Vox Urbis, An. IV, n. XX.

Sequitur miseracionis plena invocatio:

*Tu tamen, o Lupule (1), o carum et venerabile nomen,  
Parce precor, tumbae turbant si carmina pacem.  
Dum tua facta canam: et Lupulo sacrare laborem  
Si renas, Lupulum, at Lupuli non factu tacebo.*

Post haec incipit narratio a Martyris natali solo, quod est Misenum:

*Prodixitque puer forma speciosus in auras.  
Hic diva eductus primae in flore inventae  
Nomina dat Clero, qui Christi militat armis.*

Dumque sanctus adolescens strenuam dat operam eveteradae deorum superstitioni,

*Protinus edictum sonat Imperiale per orbem;  
quo edicto Christi sectatores acerrime impetuntur,  
atque ipse prior Sosius,*

*Post rincla et virgas, post longas careeris umbras,  
Horrendosque Ursos, ritam cum sanguine fundit.*

Restituta pace, cives ponunt media in urbe templo Sosio, eiusque ossa sepelienda curant. — « Saeula praetereunt »; barbara gens Misenum invadit; postque caedes et rapinas, non pareitur incendiis. Inter haec,

*Relliquias quasdam vincto rapit inde Sieardus,  
Quas Sosii ossa ratus Benerento collocat urbe.*

Exterritus populus effugium quaerit per nemora, novamque sibi urbem condit, Fraetam nomine. Ob haec Stygius rex laetitia gestit,

*Festivisque dies toto celebrantur Averno;  
Et festa ingenuat princeps malesanus Averni.*

Sed ecce Religio, veeta rotis per Viam Laetearum, sistit se Numini et mira eloquentia Ipsum affatur. Respondet Sapientia Patris, vaticinans, Abbatem Ioan- nem, Sodalem Benedictinum, rem omnem curaturum.

*Talibus auditis animum frontemque serenat  
Religio, et Sosii festina recedit ad urnam.*

Divinae Sapientiae dicta comprobavit eventus. Nam,

*Quae Severini illie sacra ossa sepulta iacebant,  
In templum illa suum Ioannes transtulit Abbas.*

Verum, dum Severini ossibus ara exstruitur, en spargitur in vulgo, reperta esse « sacra Lipsana Sosii ». Ad haec Benedictini Sodales « praecipites eurunt narrare Ioanni », qui Abbas

*Cuncta refert Stephano, qui Praesul in urbe verendus,  
Imperatrumque suis tumularier illa sub aris.  
Annuit Antistes, Petrumque duosque Ioannes  
Atque Aligernum Misenum mitti ad urbem.*

Tandem « sacra ossa pateseunt ». Turba frequens, visendi studio « Miseni concurrit ad urbem ». Cum nus episcopus orationem habet ad populum, ac deinde

*Martyris ad tumulum mysteria sacra celebrat.*

Denique

*Clerus populisque simul sacra pignora laeti  
Ad mare deducunt, psalmos de more canentes.*

Conscensis navibus, « urnam imponunt ». Describuntur Tritones ac Delphines praetexta gestientes et commonstrantes viam. Sed heu! Aeoli fratres agitant fluetus, statimque « tempestas sine more furit ». Abbas Ioannes comites alloquitur, ita concludens:

*Ergo aut ipse coli velit hic; et turbo quiescat,  
Aut velit hic mergi; et debet componere fluctus.*

Nec vana ratio argumentandi fuit. Nam,

*Talia dum loquitur lepidi sermonis Ioannes,  
Praecipites tota fugiunt ex aethere nimbi.*

Celerant cursum « Sirenis ad urbem ». Undique concurritur. Iamque,

*Quo Severini olim per saecula multa querant  
Lipsana, nunc Sosii per noctem ponitur urna,  
Vocibus alternis Monachi cum Abate Joanne  
Graeca latina simul Davidica carmina cantant.*

Postero die sacra pompa instruitur, cuius est producta descriptio eaque mirifica (2).

*Agmine continuo praeit ipse Monasticus Ordo,  
More suo gaudens duplice procedere versu.*

Subeunt Proceres et « numerosa caterva piorum » cum taedis, qui

*Mellifluis omnes hilarant concentibus urbem.*

Haud ita multo post, uno eodemque tumulo composta, tandem quieverunt ossa Sosii et Severini, etsi non usque ad extremum Iudei diem. Etenim, non

(1) Lupulus episc. Fractensis.

(2) Cf. sup. mem. *Carmen de B. M. V. Imagine in oppido Mamurrae.*

gentos post annos, diuturna illa sepulcri pax iram excitavit Tysiphones, furiarum taeterrimae, cuius ab auctore referunt oratio terribilis. Occupatur Parthenope; fugit Ferdinandus rex; fugit « antistes urbis Ruffus, quem purpura cingit »; Napoleon « omnia perturbat, fas omne abrumpit et aequum ». Sacrae virgines, et

*Insignes pietate viri, quos lana condit  
Demissa ad talos vestis, coguntur et ipsi  
Linquere claustra.*

Nec satis; regum enim edictum prodit, cuius haec erat sententia:

*— E tempis Claustrorum si qua supersunt  
Lipsana Sanctorum sacra, vel sacra siqua supplex,  
Distribuatur eis qua paupere dote fruantur.*

Tum « Parochus Proceresque Senatus Fractensis » poseunt sacra Sosii pignora, et, « quae sacri Canones praescribunt rite peractis », Lupulo negotium committunt illa asportandi in patriam suam. Nova igitur pompa instauratur; saera peraguntur;

*Tres Oratores celebrant per pulpita Dirum;  
Stat sua cuicu dies;*

aera sonant: funduntur flores; colludent faces; sequuntur ignea artificia (1), quibus flammea videntur « diluvium ustae memorare Gomorrhæ ». Singula haec, quae diutius persequi longum est, iucundissime describuntur versibus prope ducentis.

Carminis accedunt epigramma decem et septem in honorem S. M. Sosii. Extremam denique libri paginam occupat Monitum, sane lepidum, XXV versibus expressum, respondens ei quod vulgo ponitur « Errata Corrigere ».

Restat ut eximio vati plaudamus iterum, simulque Beato Martyri Sosio gratulemur, quod eius ossa tamdiu iactata poetam invenerint, qui dulcisonis modis ea requiescere ac tranquille dormire iusserit, non minus quam gloriose.

P. ANGELINI.

(1) Cf. ut supra.

#### AENIGMATA

##### I.

*Pars prior arridet terrae de vertice caeli;  
Altera pars mensem dissecuisse solet.  
Partibus his mixtis quod prodit, lector amice,  
Id summo totum dicere iure potes.*

##### II.

*A teneo: summum numen colo thure fragante;  
E teneo: pingues pasco boves et oves.*

FR. PALATA.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet PETRI ANGELINI opus, cui titulus:

DE POETIS ET NUMERIS LATINIS.

Aenigmata an. V, n. IV propensa his respondent:  
1) S-turmus; 2) Mel-os.

Ea rite soluta miserunt:

Fr. Prikyrl, *Katzelsdorf*. — C. Destro; Q. Mirti Della Valle; Th. Vignas Schi. Piar. *Roma*. — D. Le Provost, *Briocen* — P. G. Z., *Modoetia*. — Aem. Crivelli, *Asisio*. — H. Gini, *Taurini aquis*. — Iul. Sernatinger, *Dresda*. — Bern. Aleon *Utel*. — A. Mesek, *Travnik*. — Am. Robert, *Marteville*. — Ad. Skrzypkowski, *Schinice*. — Fr. Sallares S. P., *Sabadelo*. — Aug. Macer, *Scicorio*. — Lad. Lud. Podobinski, *Craecoria*. — Car. Stegmuller, *Sabaria*. — Guil. Schenz, *Ratisbona*. — Ioan. Cantomo Ceva marchio, *Vercellis*. — Al. Battisti, *Marcanta*. — Pr. Gordon, *Mancunio*. — Ios. Crosatti, *Polian ad Veronam*. — Alois. Rossi, *Arona*. — C. Tranchese, S. I., *Neapolis*. — Coll. Schol. Piar. *Steltze*. — Ad. Huza, *Grybavia*. — V. Hertel, *Mendhusio*. — Al. Cappelli, *Senis*. — C. Perazzi S. I., *Mangalore in Indis*. — P. Garrone, *Pezzana ad Vercellas*.

Sortitus est praemium

A MESEK.

ad quem missum est opus, cui titulus:

D. TAMILIA

DE TIMOTHEI CHRISTIANI ET AQUILAE IUDAEI

DIALOGO.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina Pacis Phil. Cuggiani.

leri pax iram  
cimae, cuius ab  
patur Parthe-  
antistes urbis  
n « omnia per-  
». Sacrae vir-

condit  
r et ipsi

hii, cuius haec

persunt  
siqua supplex.  
fruantur.

s Fractensis »  
sacri Canones  
egotium com-  
m. Nova igitur  
;

Dirum;

ent faces; se-  
nmae videntur  
iae ». Singula  
t, iucundissime

m et septem in  
que libri pagi-  
XXV versibus  
ponitur « Er-  
erum, simulque  
eius ossa tam-  
sonis modis ea  
erit, non minus

ANGELINI.

—————

tee caeli;  
se solet.  
lector amice,  
otes.

re fragrante;  
oves.  
R. PALATA.  
matis inter-  
moderatorem  
us, sortitus,  
LINI opus.  
TINIS.

s respondent:

irti Della Valle;  
rost, *Briocen* —  
H. Gini, *Tau-  
ern. Alcon Uiel*.  
*trieville*. — Ad.  
*Sabadello*. —  
inski, *Cracovia*  
*Ratisbona*. —  
l. Battisti, *Ma-  
rosatti, Polano*  
*Trancheze, S. I.*  
*d. Haza, Gry-  
lli, Senis. — C.*  
*rrone, Pezzane*

LAE IUDAEI  
urisperitus.  
ggiani.

# CONSTANTINI PISONI

## CANDELARUM AD SACRA OPIFICUM EXCELLENS, PRAEMIIS INSIGNE


ab anno MDCCCHIII constitutum

Romae in Italia, Corso Vittorio Emanuele 127-129 et Via de' Sediari 1, 2, 3.

Vaticana Basili-  
cam instruit, quoties  
de Beatificatione aut  
Canonizatione so-  
lemnne sit.

Clientes frequen-  
tissimi sunt in Urbe,  
in Italia et apud ex-  
teras gentes.

Fama  
undique manavit.



Cereas faculas ad  
noctem conficit, eas-  
que ad decem usque  
ac duodecim horas  
diurnas, Ecclesiis  
ac familiis necessa-  
rias, quod pars  
moniam cum salu-  
britate et munditie  
coniungant.

Vitreas  
faculis suppeditat.

OPIFICII PISONI PROSPECTUS  
ROMAE, Via Orti Alibert 13-15 (Lungara).

Res per omnem orbem exportatur nullo iubentium impendio

### VARIA

#### Computatio singularis.

Mathematicus quidam vir vigintiquatuor al-  
phabeti notas ad rationem vocavit, ut, computo  
facto, cognosceret quot inde verba confici pos-  
sent, coercita syllabarum tamen licentia, ne  
numerus earum in unoquovis verbo certus ul-  
tra fines procederet. Novit igitur posse fieri  
620 449 401 733 339 360 diversa verba, enun-  
ciationesque dissimiles, quae ut ab homini-  
bus omnia describerentur, necesse est omnes,  
quot sunt, nempe 150000000, in scripturam  
100000000 perpetuis continentibus annis  
incumbe, exarantes quotidie quadraginta  
chartae paginas, quarum singulæ super et ul-  
tra quadraginta huiusmodi transpositiones con-  
tinentur. Hosce autem numeros longe a veri-  
tate abesse scimus; nam, cohibus certo termino  
syllabis, puta inter septem aut octo tantum-  
modo, plures, vix audeo scribere, exsules esse,  
quam cives arbitror, aut saltē pari ferme  
turba populū extra pomerium et intra ver-  
sari. In ipsa italica lingua, quae polysyllabis  
nimium vocibus repugnat, habemus, quae un-  
decim ac tredecim syllabas verba ferant.

At si Germanicum sermonem dederis, cuius  
in indole est vocem e pluribus elementis qua-  
rumdam vocum componere, si Graecum, cui  
mos idem, longius latiusque vocabula obequi-  
tantia in propatulo, et fortasse liberius, ha-  
bebis.

Memini apud veteres passim Graeco e fonte  
usurpatum illud: « tetrascelitetroxicoquindodeca », et in fine Comoedie Aristophanis, cui  
nomen *Concionatrices*, a choro pronunciarī vo-  
cabulum septem et septuaginta syllabis con-  
stans, nempe — Διπαδοτεμαχοσισιλαχγαγάλεονρανιλει-  
χυνοδριμουπιτριματοσιλφιπαραμειποναταχγυνο —

χιχλεπικασσυφιπεριστεραλεπτρυνοσπεκαταφαλλιονγ-  
χλοπειλαχωσιραιβαχητραγανοπτεργων.

At hoc semel notato, nihil scribenti super-  
est, quam cubitus ire, nihil legenti, quam sor-  
bitiunculae genus quaerere, quo fauces et pe-  
ctora refocillet.

#### Sal cancri causa.

Quoniam heic de horribili morbo canceroso sermo fuit iuvat illa afferre, quae veluti  
causae tanti mali traduntur. Medicus James Braithwaite quatuor cancri causas enumerat.  
Has inter sal est. Sal autem necesse est ut  
copuletur uni, vel duabus aliis ex tribus, quae  
prouti cause cancri notantur. Sunt autem:

I° excessus cibi praesertim ex carnibus; II° Ni-

mia inedia, vel imperfecta, aut mala cibi in

chimū conversio; III° Membrorum perpetua

irritatio, sive ex tabaci succo est, sive ex praes-

enti mierobo ignoto, sive ex congenita labore.

Sal autem princeps, caputque morbi, sine quo

reliqui nihil valerent. Id sibi medicus suasit

eo quod ex Hebraicis mulieribus, quae neque

tabaco, neque suillis utantur carnisale serva-

tatis, morbo hoc ne una quidem labore.

Non autem in sulla carne statuenda cancri causa

probatur, quia poreus omnino canero caret;

ergo ex accepto sale tantummodo fit cancri

causa. Idque arguitur eo magis, quia silvestres

homines, apud quos non est salis usus, nullo-

modo cancri infirmitibus obnoxii sunt. Do-

mestica vero animalia, quotquot sale donantur

in eis vel in potu, prouti pecudes, equi, boves,

canero sunt obvii; dum belluae, quae sanguine

in silvis et caede vivunt, tigres, pardi, leo-

nes, etc., minime huic morbo patent; patent

autem ubi in servitum redactae vescantur

animantibus, quae condita sale alimenta sum-

pserunt. Denique apparent eas magis esse canero

regiones obvias, in quibus abundantius incolae

sale et salatis cibis utantur. — Age iam — inquit  
maledicus — duo subministranda nobis respu-  
blicae vindicarunt, sal, ac tabacum..... venena  
utraque. — Nonne videtur haec subditarum iis  
gentium cura et sollicitudo singularis? Utinam  
ergo maximi vendant, ne quis canero labore!

#### Ioci.

Vestium sutor et vendor clientem seque-  
batur flagitans ut pretium creditae vestis aesti-  
vae, autumno e villa cum rediisset tandem ali-  
quando, solveret. Cliens, ut illa liberaretur  
importuna musca insequente, kaffeariam ingre-  
ditur aulam, in qua frequens hominum discum-  
bentium ad ientacula coetus. At sutor, qui ferme  
tolerantiam exuerat, ut pudorem non sine vi-  
tuperio iniiceret, voce plusquam mediocri ado-  
ritur: — Iamque et sta, fessus enim sum  
quatruduana via te sequens. — Cliens vero  
elata voce conclamat ad aulæ servum: — Dave!,  
sedile affer huic amico meo commodum, quia  
fessus est! —

P. d. V.

#### LIBRI RECENS DONO ACCEPTI

Titi Livi ab Urbe condita liber VII. Re-  
censione e note del Prof. SALVATORE ROSSI. —  
Edidit off. Paravia et soc., MCMII.

P. Cornelio Tacito: Il dialogo degli Ora-  
tori commentato da ALESSANDRO MANONI Pre-  
side del R. Liceo Foscarini di Venezia. —  
Mediolani edid. Remus Sandron, MCMII.

Gli Hethei-Pelasgi. Ricerche di storia e di  
archeologia Orientale, Grecia ed Italia del  
P. CESARE A. DE CARA della Compagnia di  
Gesù. — Volume secondo: Le migrazioni alle  
isole dell'Egeo e al Continente Ellenico. —  
Romae, ex off. Academiae Lynceorum, MCMII.

Ciapponi Franciscus et Soc.

OFFICINA  
ANAGLYPTIS, GEMMIS CONCHISQUE CAELANDIS  
PRAESERTIM IN REDDENDIS FIGURIS  
PHOTOGRAPHICE EXPRESSIS  
TEMPERANTIA IN PRETIO — DILIGENTIA IN OPERE  
ROMAE — VIA SISTINA, 129 — ROMAE

IBER (vulgo "ALBUM")

praecipua Urbis referens, pulchritudine insignis atque, commentarii *Vox Urbis* moderatore iubente, expresse conflatus, apud eumdem commentarii administratorem, ROMAE, VIA ALESSANDRINA, 87, ven. lib. 1.50.

## VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

ROMAE — Via Alessandrina, 87

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS AN. MCMII  
ET PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA.

(Vid. in secunda operculi pagina).

### FIGURAE URBIS ROMAE

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE  
COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO  
*Veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.*

Sociis qui in Nordica America versantur vehementer commendamus quod a Sodalibus Carmelitis novissime institutum est ac regitur

### COLLEGIUM SANCTI CYRILLI

ad liberalem eamdemque Christianam et nostrae aetati aptam institutionem iuvenibus comparandam.

Prospectus studiorum et regularum, quae collegium moderantur, petatur ab ipsius Collegii Preside, 6413 Star Avenue (Woodlawn) — Chicago, Illinois.

### URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 × 0.24)

qui sociis commentarii VOX URBIS dono datus est,  
venit singillatim L. 2.50  
*apud comm. VOX URBIS Administratorem.*  
SI QUIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA  
EA MINORI ACCIPET PRETIO.

### LE LAUDI LATINE

### IL CANTICO DEL SOLE

DI

S. FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncola, 1897

Hoc libello praeter venustam praefatiunculam a Paulo Sabatier, viro rei longe peritissimo, conscriptam, continetur *laudes latinae* cum interpretatione italica, *Canticum Solis*, necon illa *Speculi perfectionis* capita, quae *Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum, quem proxime alii subsequentur ad parvam *Bibliothecam Franciscanam* comparandam, Iulius Salvadori, litteris tradendis doctor egregius, maxima edidit cura. Romae apud commentarii *Vox Urbis* Administratorem venit L. 0.50, in pauperum levamen.

### PHILIPPUS VITI Eques

MARMORARIUS

ROMAE - Via Alessandrina N. 51, 52 - ROMAE

Affabre sculpit quae sunt ad simulacra, altaria, sacella, aediculas, uti patet ex operibus erectis aut refectis in Basilica Lateranensi, Liberiana, Laurentiana extra muros, Transtiberina, Eudoxiana, etc.